



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacrosancti Et Oecumenici Concilii Tridentini, Pavlo III.  
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et  
Decreta**

**Tridentinum <1545-1563, Trient>**

**Coloniae, 1615**

Decretum suspensionis Concilij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42415**

## SESSIO XVI.

QVAE EST SEXTA.  
& vltima.

SVB IVLIO III. PONT. MAX.  
CELEBRATA DIE XXVIII.  
APRIL. M. D. LII.

## Decretum suspensionis Concilij.

**S**Acroſancta ecumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, praeſidentibus in ea Reuerendissimis Dominis Seb. Stiano, Archiepiscopo Sipontino, & Aloysio, Episcopo Veronensi, Apoſtolicis Nuncijs, tam corū proprio, quam Reuerendissimi, & Illuſtrissimi Domini Marcelli, tit. S. Marcelli, Sancte Romane Eccleſie Caſinalis, Crescentij, Legati ob aduersā eius gratiuiſimā valetudinem absentis, nomine, non dubitat Christianis omnibus patere, hoc Concilium ecumenicum Tridentinū primo à Paulo fel. recuocatum, & collectum fuſſe; deinde à ſacrediſſimo Domino noſtro, Iulio II. efflagitate Carolo V. Auguſtiſimo Imperatore, ea precepue de cauſa fuſſe reſtitutum, vt religione in multis orbis partibus, & praeſertim in Germania, in diuersas opiniones miſerabiliter diſtractā, in ſtatū priſtinū reuocaret; abuſus, & mores Christianorum corruptiſſimos emendaret: cumque ad hoc agendum quamplurimi

Pam

Patres, nulla laborum suorum, periculorumque  
habita ratione, a diuersis regionibus alacriter  
confluxissent; resq; strenue, magno fidelium con-  
cursu feliciter procederet, ac spes esset non leuis,  
illos Germanos qui eas nouitates excitarat, in  
Concilium vesturos sic animatos ut veris Ec-  
clesie rationibus unanimiter acquiesceret lux  
denique quedam reb affulisse videretur: ca-  
putq; attollere inciperet, profligata antea, &  
afflita Republica Christiana: iij repente tumultu-  
tus, ea bella hostis generis humani versutia ex-  
arserunt, ut Concilium velut hærere, ac suum  
cursum interrumpere satis incommodè cogere-  
tur; spesque oīnis ulterioris progressus hoc in  
tempore tolleretur. tātumque aberat, ut San-  
cta Synodus Christianorum malis, & incommo-  
dis mederetur, ut multorum mentes, præter sui  
animi sententiam, irritaret potius, quā placa-  
ret. Cū igitur ipsa Sancta Synodus, omnia, &  
principue Germaniam armis ardere, & d: scori-  
dijs, videret, oīs ferè Episcopos Germanos præ-  
sertim Principes Electores, suis cōsultum ecclē-  
sis, è Concilio abiisse; decreuit tātē necessitati  
nō reluctari, & ad meliora temporare dicere;  
vt Patres, quod eis nunc agere non licet, suis o-  
uibus prospectum ad suas ecclesias regredi va-  
lerent; ne diutius vitrobique inutili otio cōte-  
rantur. Atque ita, quoniam sic temporum cō-  
ditio tulit, huius ecumenici Concilij Tridentini  
progressum per biennium suspendendum

fore

fore decernit, prout praesenti decreto suspendit,  
ea tamen lege, vt, si citius pacata res sit ac tra-  
quillitas pristina vertatur, quod sperat Dei  
Opt. Max. beneficio non logo fore spatio futurū,  
ipsius Concilij progressus eodemmet tempore  
suam vim, firmitatem, vigoremq; habere cen-  
seatur; sin autem, quod Dens auertat, peracto  
biēnio prædicta legitima impedimenta nō fue-  
rint submota; cùm primū cessauerūt, talis su-  
spensio eo ipsa sublata esse intelligatur, ac suis  
vigor, & robur Concilio sit restitutum, & esse  
intelligatur, sine alia noua Concilij conuoca-  
tione, accedente ad hoc decretum consensu, &  
auctoritate Sanctitatis sue & sancte Sedis A-  
postolice.

Interea tamen eadē sancta Synodus exhor-  
tatur omnes principes Christianos, & omnes  
Prælatos, vt obseruet, & respectue, quatenus  
ad eos spectat, obseruare faciant in suis regni  
domini, & ecclesijs omnia, & singula, que  
per hoc sacrum & cumenicum Concilium fue-  
runt hactenus statuta & decreta.

B V L L A C E L E B R A T I O  
N I S C O N C I L I I T R I D E N T I  
ni, sub Pio IV. Pontif.  
Maxi.

**P**IUS Episcopus, seruus seruorum  
Dei, ad futuram rei memoriam.  
*Ad Ecclesiæ regimen, licet tanto one-*  
*ri im-*